

eius et habitacio eius in Syon, in Ps. [75, 3]. Pro 6: Novit namque bene, quod *superbis resistit deus, humilibus autem dat gratiam* [Ia. 4, 6], quia *ubi superbia, ibi et contumelia; ubi autem humilitas, ibi et sapiencia* [Pr. 11, 2]. Unde dixit: *Humiliavi in ieiunio animam meam* et cetera [Ps. 34, 13]. Hinc dominus per¹ prophetam ait: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super mitem et humilem et paventem verba mea?* Is. [11, 2]. Et quia non tantum humilis ·N· sed humillimus fuit, requievit *super eum spiritus sapiencie et intellectus* ... usque *timoris domini*, Is. [11, 2]. Admiranda tanti principis humilitas refulsit in Romana curia et in Francia. Duxit namque equum per frenum Romani pontificis seu dextravit papa^m sedente²⁵). Humilis nobilis cesar pedester equum duxit regis²⁶). Se inferioribus ingenue humilitatis exemplar ostendebat, quibus sepe byretum, mitram, capellum et caputium salutatis deposuit. Multum mirabilis et in omni evo memorabilis tam gloriosi supremi principis humilitas. Noverat namque bene, quod *qui se humiliat, exaltabitur* [L. 14, 11], *et humilem spiritu suscipiet gloria*²⁷) [Pr. 29, 23].

3^o principali in (fol. 65^v) themate ostenditur, quod iam a nobis remeavit, quod plenus dierum. Sunt namque, ut divina pandunt eloquia,

dies pacis condonati	regali pro imperio;
dies vite prolongati	in celi sanctuario;
dies lucis consolati	a Iesu dei filio ^p ;
dies vite preparati	eundi de exilio.

De primo: *Salomon imperavit in diebus pacis*, Eccli.⁹ [47, 15]. Pro secundo: *Longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum*, in Ps. [90, 16]. Ipse enim dominus noster ·N· *vitam petiit a te* ... et cetera, usque *seculi*, [Ps. 20, 5]. Pro tercio ait salvator: *Beati*

1) Fehlt Ms.

sponse Christi auxilio vel alme

m) pp mit hochgestelltem us Ms.

matris auxilio Ms.

p) Außerhalb des Textes und durch Verweisungszeichen eingeschoben:

q) 2ⁱ Pal Ms.

²⁵) Am 21. Oktober 1368 in Rom; siehe R. H o l t z m a n n, *Der Kaiser als Marschall des Papstes* (1928) 17 f.

²⁶) Siehe oben S. 202 f.

²⁷) Die humilitas des Kaisers erwähnen auch Erzbischof Johann V. und Albertus Ranconis in ihren Predigten. Erzbischof Johann spricht dem Kaiser die sieben Gaben des Heiligen Geistes zu und zitiert bei der sechsten wie oben Heinrich von Wildenstein: *scivit namque bene, quod qui se humiliat ...* (*Fontes rerum Bohemicarum* 3, 428).